τόνος appellat Quintil. lib. I. cap. V. Tenores, quos antiqui (vt ipse comperisse se ait) à Græca voce deducētes nomen, tonores dicebant. Cic. vocat sonos in Oratore. quorum apices aut eleuant, aut deprimunt syllabā, & qui anflexus vocatur medius inter hos, ex acuto, & graui componitur. ΄ ̀ ῀

Monosyllabæ ꝓd. { positione ἅλς / vocali φρὴν / dipht. nō cōtracta. χείρ.
Dualia in ώ. καλώ
Peregrina nomina plæraq;, vt δαβίδ.
Fœminina in ας quintæ inflexionis. παλλάς.
Eiusdem inflexionis nomina in αν. πάν.

Deus pastorū nā si inflecteretur, valeret omne.

Patronymica { in άς ἰλιάς / in ίς νεστορίς.

citra cōplexū orationis, nā ibi mutantur in grauē.

Participia ī { είς vel έν τυφθείς τυφθέν. / in ως masc. vel ον neutra actiui paracimeni τετυφώς τετυφόν, seu medii, vt τετυπώς τετυπός. / vel ab aoristo secūdo actiuo τυπών τυπόν. / in ύς verborū, in μι, vt ζευγνύς.

Doricè sunt παροξύτονα, vt ἀχίλλευς.

Noīa { in εύς βασιλεύς. / in ώ σαπφώ, & ī ως fœm. quintæ αἰδώς. / in ών περιεκτικὰ cōtētiua (vt vocāt) & his similia, vt κοιτὼν ἀμπελών. / in ής primæ contractorum ἀληθής. / in { τήρ / στήρ } pleraq; σωτὴρ σοφιστήρ ꝑter μήτηρ θυγάτηρ / in ύς { triū generum ἡδύς. / dclinata p δ χλαμύς χλαμύδος. / vltima producta πληθύς. } / ῶ, quæ ex se neutram vocē non formant αὐχῶ. / ις pleraque ἀκρίς.

trissyllaba quatuor fœminina ταχυτὴς ἀνδροτὴς βραδυτὴς δηϊοτής.

ὀξύτονα Acuta

Genitiui dissyllabi in ός χεχὺς χεχός.

excipe participia quæ sunt

Genitiuus

Genitiuus Atticus nominum tertiæ, qui est in ω. ζωγνεω πόλεως. — προξύτονα, vt σᾶς σάνζος.

Verbalia in { ή γραφή. / της substantiua ποιητής. / σός adiect. χρισός. / ός θεός. / μός substantiua λοισμός.

Noïa adiectiua in { κός κακός, & possessiua α᾽ττικός. / λός καλός. / ρός φανερός. / νός dissyllaba pleraq; δεινός. — ita, & neutra vox κακόν. καλόν.

simplicia, quæ exeunt in ρίν, vt ρίν.

Indefinita dissyllaba, vt ποιός πόσος.

tria participia præsentis indicatiui ιών κιών ἐών.

Imperatiui quinq; secundæ personæ præsentis εἰπέ, λαβέ, ἐλθέ, εὑρέ, ἰδέ. — pœnacuta enim, & pœnāflexa interrogatiua fierent, vt ποῖος πόσος.

Pronoïa minoris num. { primæ psonæ ἐγώ ἐμοί μέ. / secundæ σύ σοί σέ. } præterq̄ ī geni.

Aduerbia εἴ, & ναί.

Cöiūctiones { συμπλεκτικαὶ copulatiuæ. / διαζευκτικαὶ disiunctiuæ. / ἡ διαζευκτική, vel διασαφητική. i. quæ habet vim exponendi. — excipe ἤτοι.

R E G V L A.

Acutæ voces in apostropha reiiciunt tenorem in syllabā præcedentem: πόλλ᾽ ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὁρᾷ.

præter solas præpositiones, in quibus accentus simul eliditur cum vocali

οὐδεὶς οὐδὲν μετ᾽ ὀργῆς βουλεύεται.

{ longa ante finalem longam. ὦ ἡράκλης. — admirantis est.
| productam habentia vltimam ἀρισοτέλης.
| dissyllabæ voces vtraque breui. λόγος.
| dissyllabæ vtraque producta. τύπτω. — exceptis deriuatiuis, vt σόφος.
| penultima producta positione, sequente correpta. ἀγρός.
| penultima correpta sequēte pducta. λέγω.

exceptis deriuatiuis.

αν finita, & composita ὀρμόπαν.
ας διουλλαβα. κάλχας. (εις:
ις appellatiua ὄφις, & ꝓpria ις correpta. πάρις propria composita cum voce neutra δημοσθένης.

ὁ δῆμος, & τὸ σθένος.

παροξύτονα penacuta

ω cōposita, & quorū est neutra vox ἴυγξ, τόρνω: finita in ξ ἅρπαξ, πόρδιξ.

in ων { κύρια Θέων. ἐπίθετα εὐδαίμων. ἐθνικὰ Τεύτων.

Superdissyllabi genitiui αἰάντων.
Datiui in ασι παῖσι.
Indicatiui præsēs actiuū minoris numeri.
Futurum primum actiuū eiusdem numeri
Aoristus medius, & pass. ἐτυψάμην, ἐτύφθην.
ὁ ὑπερσυντέλικος ἐτετύφειν.
Participia actiua ῖ ων præsentis τύπτων.
Participia primi futuri τύψας.
Participia præteriti passiui τετυμμένος.
Cōpar. & superl. fœm. σοφωτέρα σοφωτάτη.
producta in penultima sequente correpta in polysyllabis ἄνθρωπος.
Comparatiui, & superl. rectus masculinus.
Possessiua in ειον. αἰάντειον.
Propria, seu adiectiua deducta à paracimeno passiuo verborum cōiugationis quartæ διόφαντος, ἄψαλτος.
adiectiua composita ἄμουσος, & substantiua ἔμμετρον.
ῖ ις hypdissyllaba, quæ flectūtur ꝑ δ. ἄδωνις.
quæ ex circumflexo acutam faciunt.

aucto numero syllabarum in obliquis, ut βήματος.

INDICATIVI in verbis barytonis actiuæ vocis dualis, & pluralis numerus præsentis, & futuri primi.
Paratatici, & Aoristi vtriusque omnia præter tertiam dualis.
Paracimeni actiui, medii, & passiui omnia,

Actiuū voco quod est actiuæ uocis.

ita

ita & in verbis in μι.
Hyperſyntelici actiui, & medii ſecũda dua lis,reliquæ pluralis.

ita, & parat. act. in d. in uerbis in μι, & Aor.ii.

Imperativi ſecunda ſing.& dual.reliquæ plural.& actiuorum,& comm.ſed & paſsiuorum in aoriſtis, & in paracimeno: ſemper enim Paſsiuus, & Med.paracimenus ſequitur modos actiuos.
Optativi prima ſing. ſecunda dualis, reliquæ plural. præter futurum ſecundũ.

adde in uerbis in μι primam ſing.

Svbivnctivi dualis, & pluralis numerus.
Indicativi in verbis Mediis, & paſsiuis omnia,præter ſecundam ſing. in præſenti, & in vtroque futuro in paſsiuis, & primo in mediis, & olĩ futuro paſsiuorũ.

ita,& præſens act. verborũ ĩ μι.

Antepenacuta προπαροξύτονα

Paratatici, & aoriſti vtriuſq; in mediis,tertia ſing.prima, & ſecunda dualis, reliquæ pluralis.

ĩ paratatico med. & paſs.verborum in μι adde ſecundam ſing.

Futuri ſecundi in verbis mediis prima dualis,& pluralis.
Optativi omnia præter primam ſing. & tertiam dualis: ſed in mediis excipe futurum ſecundum: & in paſsiuis vtrumq; aoriſtum.
Svbivnctivi, vt indicatiui exceptis aoriſtis paſsiuis.

habet futurũ ſecũdũ prima dualis,& pluralis.

Infinita excepto aoriſto ſecundo in mediis,& vtroque in paſsiuis, & ſecundo futuro in mediis.
Hyperſyndelici paſsiui, vt medii optatiui præſ. vtriuſque Aoriſti paſsiui indicatiui ſecunda dualis,reliquæ pluralis.
Præſentis imperatiui paſsiui ſecunda dualis,reliquæ pluralis.
Aoriſti vtriuſq; optatiui dualis,& pluralis.
Indicatiui hyperſyndelici ſubſtantiui verbi

prima dualis, & pluralis.
Futuri eiusdem modi omnia præter secundam minoris numeri.
Imperatiui præsentis vltima pluralis.
Optatiui præsentis secunda dualis, reliquæ pluralis.
Futuri omnia præter primã singularis, & tertiam dualis.
Infinitiuus, ἔσεσθαι.
Indicatiuus præsentis actiuæ, & passiuæ vocis verborum in μι.
Participia in μένος, iis exceptis, quæ à paracimeno passiuo deducuntur. — sunt enim paroxytona, vt τετυμμένος.
Aduerbium temporis σήμερον.
Monosyllaba simplicia πᾶς, πᾶν, μῦς, δρῦς, βοῦς, πῦρ.
Monosyllaba contracta φῶς, νοῦς.
Monosyllaba ex aphæresi producta φλῶ pro ἔφλω. — correpta fiũt acuta, vt βαὶ pro ἔβαι.
Synæresis verborũ, & nominũ ex acuto, & nomina aliqua in ῦς, vt ἰχθῦς. (graui.
Genitiui, & Datiui primæ, sec. & tertiæ inflexionis, si tñ à recto oxytono descẽdãt. — in quouis numero sunt inflexi hi casus.
Diphthõgus finalis, cũ subiũctiua υ φεῦ εὖ. — excipe οὐ, ἰδού, ἰού.
Vtriusque articuli genitiuus, & Datiuus.
Pronominum primæ, & secundæ personæ genitiui numeri singularis, & dualis, cætera pluralis. — sing. dual. plur.
Pronominis, quod Latinis est Svi, genitiuus, & datiuus, minoris numeri: maioris vero nominatiuus, & genitiuus. — inflexa πεισπώμενα
Futuri secũdi indicatiui, & optatiui, in verbis barytonis actiuæ vocis. nec non vtriusque aoristi subiunctiui passiuorum vnitatis numerus. — adde his futurũ quartæ cõiugationis, vt ψαλῶ cum suis participiis.
Secundi aoristi vox secunda minoris numeri imperatiui modi in verbis mediis. ita &

alterius

alterius futuri indicatiui.
Omnes voces futuri alterius in modo optā di exceptis primis. (uorū. — i mediis scilicet.
Secundi aoristi, & futuri infinitiua vox acti
Aduerbia qualitatis formata à genitiuo inflexo maioris numeri. — verso ν in ς, vt ὀρθῶν ὀρθῶς.
Participia à verbis circumflexis, vt ποιῶν, & à ii futuro ī verbis barytonis, vt τυπῶν.

penanflexa προπερισπώμενα
producta natura ante finalem correptam. — vt pleraq; nominum in α. in 1. Reg. pag. 10.
Futuri secundi indicatiui, & optatiui Dualis, & pluralis numerus in verbis actiuæ vocis.
Vterque aoristus infinitiui pasſiui, & alterum futurum medii.
Secundæ, & tertiæ personæ futuri alterius in verbis mediis in modo optandi.
itē Vterq; aoristus subiunctiui in pasſiuis.
Muliebris generis participia paracimeni actiui, & medii: & aoristi vtriusque, & futuri alterius actiuorum.

Sed de his hactenus, nec enim consilium nostrum est omnia obseruare restricte, in eoq; operam nostram ludere, quod minime est necessarium. planius enim artium omnium magister vsus omnia explicabit, quæ nunc colligere, & in præcepta communia, vt ratio harum institutionum exigeret, operosius longe esset conferre, quàm vt à me dici vix posſit. cuius rei testem habeo grauisſimum, nec postremum inter laudatos viros Aldum Manutium, qui super hac re breuiter, & cōmode duobus versibus quid sentiret aperuit, ait. n.

Non valet accentus millesima pandere Graios
Pagina: Romanos vna, breuisq; potest.

Tenores hos īmutāt sæpius, & ab eo, quod indicauimus,
ἰδίωμα proprietas linguæ.
σύνθεσις Cōpositio quod supra docuimus.
διαφορὰ Differētia vide Cyrilli opusculū de his vocib. quæ accētu variant significatum.

dialectus quinq;.
Attica
Dorica
Ionica
Aeolica
Communis.

diuer-

diuersos redunt { ἀποκοπὴ Abſciſsio — in fine dictionis.
συγκοπὴ Syncope — amputatio ſyllabæ in medio dictionis.
παραγωγὴ Paragoge — additio ſyllabæ in fine.
ἀποστροφὴ Apoſtropha — vide ſupra I dictionib. acutis.
ἀναστροφὴ Conuerſio — vide in.præpoſitionib. pa.66.
ἔγκλισις Inclinatio — de qua infra agetur.
ὁμωνυμία Aequiuocatio — cum nomine uno diuerſæ res appellantur. }

ἡ art.præp.
ἥ rec.art.ſub.
ᾗ dat.art.ſub. & aduerbiũ,quatenus.
ἦ verbum,ſit.
ἤ vel.
ἔγκλισις, reiicit tenorẽ in poſtremã ſyllabam eius uocis,quæ antecesserit. huiuſmodi ſunt apud Latinos, ne, ue, que coniunctiuæ particulæ.

Regvlae De Encliticis.

In omnibus orationis partibus habent encliticas Græci,præterquam in Articulo,& participio.

Ex nominibus habent τὶς cum obliquis.

Ex verbis φημὶ, & εἰμὶ.

Ex pronominibus,quæ p aphæreſin delent vocalẽ, quæ

{ auſpicatur vocẽ,vt { μοῦ pro ἐμοῦ Ionicè.
μοὶ pro ἐμοὶ Comm.
μὲ pro ἐμὲ Comm. }
ita, & τοὶ pro σοὶ Doricè.
μὶν, id eſt ipſe,indeclinabile Dorico more.
σφε,σφιν,vel σφωε Dualis comm. }

hæc non ſemper ἐγκλιτικά. { σεῦ,vel σεο pro σοῦ Doricè.
σου, ſοι, σε.
εὖ, pro οὗ.Genitiuus ſing.Dorice ab ὅς ipſe.
ἑ.Accuſat.cõm.pronom.ὅς, & οἱ eius datiuus.
ἕθεν Genitiuus Atticus,eiuſdem.
σφὶ Dat.maioris numeri,aut σφισι,idq́; Ionicè.
σφέας Accuſat. eiuſdem num. & Ionicè.
σφω Dualis rectus,idq́; in tertia perſona. }

Ex aduerbiis encliticas habent has particulas quando indefinitè enũciãtur. που, ποτε, ποθι, ποθεν, πη, πως, πω.

Ex coniunctionibus copulatiuis κε, κεν, τε. expletiuis γε, γαρ, νυ, νυν, τοι, που, περ, θην, ῥα.

Varia Enclisis Verbi ἐστί.

Tranſmittit acutum in ſuam antepenultimam cum auſpicatur clauſulam.

ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς,ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

vel ſi ſubiungitur particulis negandi.

οὐκ ἔστι κρεῖττον τοῦ σιωπᾶν οὐδὲ ἕν.

aut

aut aduerbio ὡς. ὡς ἔστ᾽ ἄπιστον ἡ γυναικεία φύσις. τὸ θεῖον ὡς ἔστι φθονερόν.
seu pronomini οὗτος. τοῦτ᾽ ἐστὶ ὃ λέγομεν καλόν.
vel coniunctioni ἀλλὰ, aut εἰ.
ἀλλ᾽ ἔστι καὶ καλὸς, εἰ ἔστι κ᾽ ἀγαθός.
siue proparoxytonis vocibus. ἐν δ᾽ εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις.
Tollitur tenoris acuti apex si antecesserit oxytona dictio ἂν γνῷς τί ἐστιν ἄνθρωπος ἡδίων ἔσῃ.
excipe finita in εις. ἀεὶ δ᾽ ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάριστος φύσει. & particulā δὲ nā recipit graue accentū natura.
item si præmissa fuerit dictio anflexa
κρεῖττον σιωπᾶν ἐστὶν ἢ λαλεῖν μάτην.
τὸ μηδὲν εἰκῇ πανταχοῦ ἐστι χρήσιμον.
Transmittit acutum in postremam antecedentis, seu antepenacuta dictio illa fuerit. γλώσσης πείρατός ἐστιν ἀδο-
ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν: (λεσχία.
ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος οὐ βούλεται.
μακάριόν ἐστιν υἱὸν εὔτακτον φέρειν.
seu fuerint comparatiua, aut superlatiua
βέλτιόν ἐστι σῶμά γ᾽ ἢ ψυχὴν νοσεῖν.
ἥδιστόν ἐστι εὐτυχοῦντα νοῦν ἔχειν.
ἄριστόν ἐστι πάντ᾽ ἐπίστασθαι καλά.
aut penanflexa πενίαν φέρειν καὶ γῆράς ἐστι δύσκολον.
idem patitur si additum fuerit particulæ γὰρ quæ graueˉ in acutum mutat, vt νοσεῖν γάρ ἐστι κρεῖττον ἢ οὐσίαν ἔχειν.
πάντη γάρ ἐστι, πάντα τε βλέπει θεός.
& in apostropha. οὐκ ἔσθ᾽ ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.
post paroxytona nihil patitur
ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν, ἣν ἄρχοντ᾽ ἔχῃ.

REGVLAE DE TENORIBVS.

In singulis vocibus apices accentuum tres ad summum affixos esse comperies, δασεῖαν scilicet, vel βαρεῖαν, si vocalis auspicabitur dictionem: secundo tonum, quem ratio vocis postulat: tertio ἔγκλισιν, aut ἀποστροφὴν, vt περὶ εὐσεβείας τε καὶ δικαιοσύνης δεῖ εὐτυχοῦντ᾽ ἀναγινώσκειν 1 & vterq; spiritus si geminabitur ῤῥ, vt παῤῥησιαστικός.
ἕκαστος δὲ οἷός ἐστι, τοιαῦτα λέγει, καὶ πράττει (πολλά.
Penacutæ, dictiones, cum encliticæ vocis accentum recipiunt, transmittunt tenorem suum in antepenultimā. 2

3 Anflexæ, & acutæ nihil mutant, ſed euaneſcit tonus di-
ambabus prod. altera correpta. altera prod. ambabus corr.
ctionis illius, quæ paſſa eſt ἔγκλισιν: quod etiam accidit in iis, quæ ſpondeo, iambo, aut pyrrichio deſinunt.

κλειώ τ' εὐτέρπη τε, θάλειά τε, μελπομένη τε,
τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε, πολύμνιά τ' οὐρανίη τε,
καλλιόπη θ' ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασῶν.

4 Synencliticæ appellantur dictiones, quæ in oratione connexæ, altera alterius tonum erigunt.

μή τέ. ſynenclitica.

μή τέ τινα ξεῖνον δηλεύμενος ἔργμασι λυγροῖς,
μή τέ τιν' ἀνθρώπων, ἀλλὰ δίκαιος ἐών.

DE TEMPORIBVS.

Affiguntur hi apices - ᴗ vbi è correpta fit producta poetico more per ἔκτασιν: vel vbi producta corripitur per

portus Alexãdrea ſupplex Hor. iiii. car.

συστολὴν, vt ſæpe apud Latinos, vel in æquiuocis (vt vocant) vt Hor. iiii. car.

nã cæcidit producta, eſt à verbo cædo.

Cæcidit tremendæ. *Flamma chimæræ.*

aut in iis, quæ ſunt communes in carmine. Hor.

Troiæ renaſcens alite lugubri. *Fortuna & quæ ſeq.*

apex igitur ſyllabam, alioqui ancipitem, quanta ſit, indicat. Iiſdem notis vſi ſunt grammatici, in indicandis pedibus, & locis ſyllabarum, quos ſingillatim, in componendis carminibus vnaquæq; debeat occupare, vt

Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

- ᴗ, - -, - ᴗ ᴗ, - ᴗ, - -.

Affigitur etiam nota producti tẽporis nominibus propriis in vetuſtis codicibus, quod à iunioribus receptũ non fuit, & vocibus de quarum vi diſputamus, & litteris alphabeti, vt paſsim apud Ariſtotelem in libris de artificio diſſerendi. Denique nempe compendiaria nota dictiones contrahit κ̄σ pro κύριος. χ̄σ.

vt αἰ̄δὼς καὶ αἰ̄σχύνη διαφέρει.

vt ε̄ ο̄ ambæ ſunt breues: vocali vel diphthõgo producta. conſonãte duplici, aut pluribus aliis ſequentibus.

Sunt autem ſyllabæ productæ { φύσει natura. / θέσει poſitione.

Correptæ ſunt, quæ vocalem breuem, aut ancipitem habent natura correptam.

Communes ſunt, quæ corripi, & produci poſſunt. corripi natura, produci poſitione in eadem, aut aliis dictionibus. Cõmunis etiam eſt, quilibet vocum finis in car

mine

mine pedem inchoans.

Syllabæ, quibus binæ vocales per συνίζησιν, vel συνεκφώνησιν coaleſcunt, ſunt communes, vt χρυσέῳ diſſyllabũ, quia ε, & ω copulantur.

cæſurã Latini appellãt, quæ apud Homerum etiam in vocali ſuapte natura breui producitur.

Liquida poſt mutam, breuem vocalem antecedentem, communem faciunt. itemque mutæ ambæ κτ, πτ: vel vtraque liquida, vt μν, ſed præcipue cum prima fuerit in ordine ν, aut ρ.

coniunctas intellige: nam citra cõplexum, producuntur.

Quanta eſt anceps vltima in recto ſingulari nominum, & participiorum imparium, tanta eſt in obliquis, quæ incremento fit penultima. At, quæ habent duplicem conſonantem producunt quidem rectum, obliquos verò corripiunt, exceptis diſſyllabis maſculinis, vt θώραξ, quæ vbique ᾱ habent natura productum.

excipe finita in νρ, & αλς, quæ producũtur in rectis, & in obliquis breues fiũt.

Anceps initialis thematis corripitur, in præteritis autem augumenti gratia producitur.

initialem vocant quæ initio ponitur.

Anceps diphthongo ſoluta corripitur.

thema vocãt primam vocẽ verbi.

Poëtæ in iis vocibus, quæ tribus correptis ſyllabis conſtant, primam, ſeu tertiam producunt, vt ἀθάνατος. aut mediam potius, ſi anceps fuerit. adhæc producunt aliquando breuem inter duas longas, & pro Dactylo aut Spondeo proceleumaticũ collocant, vt Poëta noſter

Labat ariete crebro Ianua. ii. Ae.

Vocalem breuem producit aliquando ſola conſonãs immutabilis, & in eadem, & aliis dictionibus.

SYLLABAE PRODVCTAE.

Omnis ſyllaba circumflexa, & omnis contracta eſt longa. α Doricum pro η producitur.

PRIMAE.

Diſſyllabæ breues quarum poſterior per apoſtropham tollitur, producunt aliquando primam. ὅτ' pro ὅτε.

biteporeas diximus vocales quæ vel
- producuntur
  - ι ſemp ſequẽte γ aut ρ.
  - υ ſæpius ſequente σ.
- corripiuntur
  - ſæpius, & ante vocales, & cõſonantes, exceptis iis, quas ſupra productas eſſe docuimus.

niſi poſitio impediat.

MEDIAE SYLLABAE.

Omne participium actiuum muliebris generis producit pen. ita, & paßiuum in aoristis: & omnia in vniuersum medias vocales suas seruant eiusdem quantitatis cum suis temporibus, & simplices vocales positione producunt.

quod erat ἑστήκα.

A Ionicum in præteritis corripitur, vt ἑστάα, ita & participia, vt ἑσταώς.

Bitemporeæ ante uocales sæpius corripiuntur.

α ante β semper corripitur. ι, & υ sæpius.

θυμίαμα.

α ante μ in verbalibus in αμα producitur.

ι ante ρ producitur, & υ ante σ præter verbalia in υσις: cæterum his exceptis, sæpius corripiuntur.

VLTIMAE SYLLABAE.

Participia masculina actiua producunt vltimam, neutra corripiunt.

Omnia nomina virilis, aut muliebris generis finita in immutabilem, producunt vltimam. neutra corripiunt.

Anceps finalis in nominibus neutris non contractis corripitur.

excipe participiũ fut. τυπουν.

Participia fœminina in α. & neutra quælibet nõ contracta corripiunt vltimam.

A finita oxytona, & anflexa producuntur: item vox fœminina adiectiuorum, & substantiua nomina in δα, θα, & ρα non præcedente diphthongo nisi in polysyllabis in α purum: articulus dualis fœmininus, vocatiui primæ, & secundæ inflexionis: Doricus gen. sing. primæ αἰνεία. Accusatiuus nominum in ευς, qui Ionicè corripitur.

αν finita corripiuntur. excipe Rectos, & Accusatiuos casus virilis generis.

item excipe ὁ μάκαρ. ἡ ὄαρ. ἡ δάμαρ γὰρ αὐτὰρ.

αρ exceptis neutris producitur.

ας corripitur præterquam in rectis minoris numeri in circumflexis, & barytonis, & genitiuis, & Accus. nominum parium, & articulo fœminino τὰς, & participii masculini actiui recto casu. & Accusatiuis maioris numeri pronominum ἐγώ, σύ, ὅς.

Desi-

Deſinentia in ι, & ιν corripiuntur præter δικατάληκτα. vt δίλφιν, & aduerbia demonſtrandi, vt κεῖ.

excipe ὑμῖν ἡμῖν.

ις
υ
ω
ις

corripiuntur

præter monoſyllaba.
excipe tertias perſonas verborum in μι.
eorundem excipe primam.
præter ἄκρυς, & ἄλγυς, & monoſyllaba, & participia, & δικατάληκτα.

ἔφυ ἔφων. φόρκυς φόρκυν.

υρ producitur.

R E G V L A.

Vocalis, ſeu diphthongus, & ſi natura, aut contractione longa, ſequente vocali in eadem, aut aliis dictionibus corripitur. vt Virg. illud

Inſulæ Ionio in magno.

excipe quæ recto imparẽ obliquũ faciunt per variã διαλέκτον, vt ἀγχίσης ἀγχίσου ἀγχίσεω.

In Græcis vocibus nulla fieri conſueuit eliſio vbi nõ fuerit apoſtropha. quam committunt Latini vbique in carmine, niſi per poëticam licentiam imitati fuerint Græcos, vt

Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Vir. Buc.

ſed tamen in fine dictionis aliquando producitur, præſertim ſequẽte diphthongo in alia dictione.

D E V O C I B V S, Q V A E D E N S O A V T tenui ſpiritu ſcribuntur.

Recti ſpiritus retinetur in obliquis.

In verbis ſpiritus thematis ſeruatur præter ἔχω ἕξω, vt differat ab aduerbio ἔξω. idem accidit in augmento, & variatione vocalium, vt ἔχω εἶχον, ἁμαρτάνω ἡμάρτανον.

ε addita verbis per pleonaſmon retinet ſpiritum præſentis indicatiui, vt ὁράω ὥρων ἑώρων.

Deriuatiua non immutatis principiis ſeruant ſpiritum primitiui. ω tenui ſpiritu ſcribitur, præter ὥρα, & deriuata ab ea, vt ὡραῖος.

ρ media aut finalis nõ recipit aſpirationem.

Δασυνούμενα.

Omnis articulus à vocali incipiens.

Pronomina à vocali excepta ε incipientia, quæ tamen in voce huius pronominis ἑ ſcribitur denſo cum cæteris, quæ ſecum componũtur, vt ἑαυτός. excipe etiam αὐτός quod tenui ſcribitur.

ſimul autẽ additur grauis tenor ſubiunctiuis, vt à præpoſitiuis dignoſcantur, vt ὁ ὃ ἡ ἣ & huiuſmodi alia.

Coniunctiones cauſales, vt vocant, præter ὄφρα.

pro ὅσος ἠνίκα. Voces per aphæresim incipientes à vocali: ὅσος ἠνίκα.

πηνίκα. Numeralia omnia, excipe ὀκτώ, & ἐννέα, & eorum deriuatiua.

excipe ὄφρα pro ὅφρα

ἀ ante β ρ: ρ μ: ρ π.

& ἦμος pro τῆμος. ἐ ante α, excipe ἑάν, ἔαρ, ἑάων.

ante ξ. ante κ præter ἑκυρός, ἐκεχειρία.

ante λκ: ο: σ τ: ψ: ω præter ἕω ἑώς.

excipe quæ sunt per pleonasmũ, vt ἠέβαιόν. ἠ ante β: γ præter ἡγάθεος: κ excipe ἧκα: δ: σ excipe ἠσὶ φησὶ quia thematis sui spiritũ seruãt. & sæpe ante ρ: ante π.

ἰ ante μ sequente vocali: π geminum: & binas consonantes, vt ππ: σ præter ἵστρος.

ὁ κατὰ πλεονασμόν ὀπ σουν ὀπότερος.

ante ρκ: ρμ: σ vocali sequente, præter ὅσιεις.

τιλούμενα.

excipe quæ habeat υ. Præpositiones, & coniunctiones omnes.

ἀ in compositione, præter ἀθροιστικόν. excipe ἅλυσις, & ἅδης.

ἀ ante α non sequente ρ, nam scribitur denso, vt ἅβρα.

ante γ: præter ἁγνός καὶ ἅπος, & deriuata, vt ἁγιότης.

ante δ: præter ἅδης καὶ ἁδρὸς.

i. σέβομαι. ante ε: ζ præter ἅζομαι: θ: ι: κ: λ non sequente μ. excipe ἅλς, ἅλις, ἁλίζω, ἅλομαι, ἅλυσις, ἁλῶ, ἅλως, ἁλικάρνασος.

ante μ: præter ἅμα, cum compositis: υ præter ἁνδάνω.

ξ: ω: π, excipe ἅπαξ, ἁπλοῦς, ἅπασ, ἁπαλὸς, ἅπτομαι.

ante ρ: nisi sequantur μ. aut π. ante σ, vel τ: excipe ἅττα, & ἅτερος pro ἅτινα, & ἕτερος. pariter ante φ, χ, ψ, ω.

ἐ ante β: præter ἑβδομος ἑβδομήκοντα ἑβραῖος.

γ δ. excipe ἕδος, ἕδαφος, ἑδεῖται, ἕδρα.

ὁ ἐΰς item ante ε: præter ἑέλδωρ, ἑέλδομαι, & ἐΰς.

ἐῦος bonus filius. ante ζ, η, θ, ι, & ante λ simplex, vel geminũ non sequente κ. quædam tamen densum spiritum recipiunt, vt ἑλ-

vt ἕλκος. hulcus. λω, ἑλκὰς, ἑλένη, ἑλικών, ἑλλήσποντος, & huiusmodi.

ante μ, vel υ: excipe ἕνεκα, ἑνὸς, ante ξ, excipe ἕξ, ἕξω, ἕξης, ἕξις, ἑξῆς. ante π: præter ἕπομαι.

ante ρ: excipe ἕρκος, ἑρμῆς.

vt ἑσία vesta ante σ, non sequente τ, ante τ: præter ἑτοῖμος ἕτερος ἑταῖρος.

excipe verbum substantiuum. ante υ, φ: præter ἑφθὸς. & ante χ.

sequente π

ἠ ante

ἠ ante
- α inuenitur tantũ inter declinandũ, vt ἦα iui. — *nonnunquã ſcribitur denſo, vt ἕσπορος.*
- δ præter ἡδονή, ἥδομαι, ἡδύς, & conſimilia.
- ε ξ η θ ι λ excipe ἧλος, ἥλιος.
- μ excipe ἡμέρα, ἥμερος, ἥμισυ, ἥμων.
- ν ρ π præter ἧπαρ, & inde deriuata.
- ρ excipe ꝓpria ἡρώδης, ἡρωδιανός, & huiuſmodi
- τ υ, & φ præter ἥφεστος, & conſimilia.
- χ ω.

ante geminum ττ denſo ſcribitur.

ἰ ante
- α β γ, δ non ſequẽte ρ, vt ἰδρύω. tamẽ ἴδρις & ἰδρεῖα tenui ſcribuntur. — *vel ἱδρίω qđ eſt ſudo. & deriuata eorũ.*
- ε præter ἱδρός, ἱέραξ, ζ, η præter ἵημι.
- θ κ excipe ἱκανῶς, ἱκετεύω, ἱκάνω, ἱκνέομαι.
- λ præter ἱλεῶ, ἵλεως.
- μ ſequẽte conſonante ν, præter ἵνα aduerbiũ.
- ξ ο π. σ nõ ſequẽte τ: præter ἵστος. τ υ φ χ ψ ω. — *π ſi eſt geminũ dẽſo ſcribitur.*

ὀ ante
- α præter ὅα. β γ δ præter ὁδός, & eius deriuata, & compoſita: ζ θ excepta ὅθεν. — *pariterſi cũ τ coniungitur.*
- κ præter ὁκοῖος, ὁκόστε, ὅκου.
- λ excipe ὅλος, ὅλμος, ὁλκάς, ὁλκάζω.
- μ non ſequente α, aut η, aut ι, aut ο, vel ω:
- ν ξ π non ſequente λ, aut ο: vel ωσ.
- ρ præter ὁράω, & quæ inde ducũtur, ita & ὅρος ὁρκίζω, & non habentia μ poſt ρ.
- σ ſequente conſonante præter ὅστις.
- τ præter ὅτε ὅ, τι, & ab eis deducta, & compoſita. — *ὅπη, & pronomine, & coniunctione. præter hæc tenui ſcribuntur.*
- φ χ ψ.

ex diphthongis ſcribuntur aliæ
- **dẽſo**
  - αι in monoſyllabis articuli aut ſequẽte μ, & in verbo αἱρέομαι cum compoſitis, & deductis ab eo.
  - οι articulus, & pronomen.
  - ου articulus item, & pronomen, & οὕνεκα.
- **tenui**
  - αυ præter αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ.
  - ει excipe εἱλίσσω, εἱλέω, εἵλη, εἱλύω, εἱλῶ, εἱλωτεύω, εἱμαρμένη,

εἷς nomē numerale.

μεὶν, εἷμα, εἱμένος, εἷς, εἱρκτή.
ει excipe διείσκω.

VBI VTANTVR GRAECI DIphthongis impropriis.

per synalœpham. vt fiat crasis. χᾆτεροι pro καὶ ἕτεροι.

IVNCTIS duabus dictionibus, quarum prima desinat in diphthongum cuius subiunctiua sit, ι: secunda vero incipiat à vocali, quæ per aphæresim deleatur, fit impropria diphthongus subscripto ι, vocali suæ, vt κᾀγὼ, κᾀμὲ, pro καὶ ἐγὼ, καὶ ἐμέ.

Idem seruatur quando vocalis diphthongi præpositiua deletur. subscribitur enim vocalis dictionis sequentis, si eadem fuerit cum ea, quæ expungitur: vt κᾀμαθὴς, pro καὶ ἀμαθής.

κᾀμαθὴς ὁρῶν τοὐκ αὖ δύναιτο πρὸς τὰ κοίν᾽ ἀποβλέπειν.

Vbi obseruandum breuem vocalem, vt fiat diphthōgus impropria, in longam verti: vt

κῴλιγα. i. καὶ ὀλίγα.

ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ κῴλιγα.
τὸ πολλὰ πράττειν κῴδλωνας πολλὰς ἔχει.

Pariter sequente diphthongo initiali, cuius præpositiua elidatur, manente vocali antecedēte superioris vocis, vt ὁ ἄγγελος ᾧγγελος, subscripto ι, idem seruatur vbi diphthongi duo concurrant, alterius quorum subiunctiua alterius ꝑpositiua deleatur, vt οἱ ἄγγελοι ᾧγγελοι.

vt in. 1. 2. 3. declinatione æqualiū.

Præter synalœpham subscribūtur Datiui in ᾳ, ῃ, ῳ, & Datiuis similia aduerbia πανταχῇ.

ᾳ habent:
- secundæ, & tertiæ personæ indicatiui, & subiūctiui modi in verbis circumflexis actiuis, & passiuis.
- infinita eorundem. βοᾷν.
- quæ diphthongum propriam destruunt.
- ῥᾷον, & eius composita, ab eoq; deducta.
- ᾄδης, ᾄδω, ᾆσμα, ᾀεί.

θρᾷξ.

μουσῇσι.

ῃ habent:
- Datiui Ionice in ῃσι.
- Parataticus, quod destruit augmēto diphthōgum propriam αἴδω, ᾖδον.
- Secundæ, & tertiæ personæ in passiuis, quæ desinunt in ῃ τύπτῃ τύψῃ.

ῃ in

ι in perfectis optatiui ante vltimam syllabam πεποιήμην.
quæ propriam diphthongum destruunt εἴδειν ἤδειν.

ω habent

- Secunda vox dualis numeri, & rectus, & vocatiuus pluralis nominum quartæ inflexionis.
- Secunda vox dualium in contractis nominibus secundæ clasſis.
- Verba, quæ auguméti gratia in præteritis destruunt οι præsentis.
- Secundæ, & tertiæ personæ subiunctiui verborum in μι tertiæ coniugationis.
- Secundæ personæ paſsiuorum eorundem.
- Optatiui paſsiuæ vocis verborum, quæ circumflexa appellantur in coniugatione secunda.
- Quæ destruunt diphthongum propriam.

τοῖν μενέλεων
οἱ μενέλεω
ὦ μενέλεω
sunt enim a propria diphthongo tertiæ, vt
τοῖν μενελάοιν
οἱ μενέλαοι
ὦ μενέλαοι
idem accidit in hac voce ὄφεων. nam est à propria diphth. ὀφίοιν.

Apostropha, quam vocant, familiaris est & frequens comicis Latinis, antiquis præsertim, vt paſsim in Plautinis fabulis reperitur.

Atat illic huc ituru'st i. iturus est. ita'st. pro ita est.
Certu'st hominē eludere. i. certum est. pergin' pro pergis ne.
& huiusmodi vbi non vocalis tantum, sed & consonans deleri consueuit.

Atqui nos patrio sermone idem facimus, & in metris, & in oratione soluta, & familiari, quotiescunque vocalium concursus inter duas dictiones obuiā veniunt, vt
Era'l grand'huom che d'Africa s'appella.

Supereſt nunc vt videamus quàm variis modis afficiantur dictiones, pter eos quos docuimus ſupra in explicandis illis notis, quæ πάθη vocantur. Sunt autem xx. & ſecantur primo in

Quantitatem. ποσὸν — ποιὸν Qualitatem.

Quantitatem.	ἔνδεια huius ſpẽs ſũt ix.	πλεονασμός his aduerſãtur	
Defectus.i. ablatio elemẽti, vel tẽporũ vel elemẽtorũ diminutio.			vbi abũdant vel tẽpus, vel elementa.
ablatio geminatæ vel ſimplicis ſyllabæ initio dictionum.	1 Ἄρσις. βλήμενος βεβλημένος	Ἀναδίπλωσις 1 ἐτήτυμον ἔτυμον	alterna prolatio primarũ, vel ſecũdarũ ſyllabarũ, per eaſdẽ vel ſimiles vocales, & cõſonãte s.
ablatio elemẽti ĩ principio dictionis.	2 Ἀφαίρεσις. κεῖνος ἐκεῖνος	Πρόθεσις. 2 θαμὰ ἅμα	addit capiti quod aphæreſis aufert.
cũ producta vocalis bitẽporea corripitur, aut producta natura ſit breuis.	3 Συστολή. ζορὸν ζηρὸν	Ἔκτασις. 3 κώρη κόρη	quando correpta vocalis etiamq; bitemporea producitur.
abiectio ſyllabæ ĩ medio dictionis.	4 Συγκοπή. κάμμορος κακόμορος	Ἐπέκτασις. 4 ἀδελφειὸς ἀδελφός	vbi abundat ſyllaba in medio dictionis.
de hac infra.	5 Συναλοιφή. ∴ ∴	Διαίρεσις. 5 πάϊς παῖς	reſolutio diphthõgi vel ſyllabæ in duo.
abiectio vocalis non ĩminuta ſyllaba.	6 Ἔλλειψις. γεράον γεραίον	Παρένθεσις. 6 ξεῖνος ξένος	additio vocalis in medio non faciens ſyllabam.
quãdo altera geminatarũ cõſonãtium amittitur.	7 Παρέλλειψις. κάλιον κάλλιον	Διπλασιασμός. 7 ὅττι ὅτι	eiuſdẽ conſonantis additio non faciens ſyllabam.
abiectio vnius cõſonantis.	8 Ἔκθλιψις. σκῆπτον σκῆπτρον	Παρέμπτωσις. 8 πτόλις πόλις	additio conſonantis in medio non perficientis ſyllabam.
abiectio ſyllabæ ĩ fine.	9 Ἀποκοπή. δῶ δῶμα	Προσχηματισμός. 9 λόγοισιν λόγοις.	additio ſyllabæ in fine quod, & paragoge dicitur.

ποιότητος Qualitatis hæc ſunt:

Tranſpoſitio elementi.	μετάθεσις	κραδία	pro	καρδία
Tranſumptio i. mutatio elementi in aliud elemẽtũ.	μετάληψις	ἠπίδανος		ἀπίδανος
Sectio, & reſolutio cõpoſiti ſermonis.	τμῆσις	ἀκράπολις		ἀκρόπολις

συναλοιφὴ γίνεται κατὰ τρόπους ἑπτά. fit modis ſeptẽ,

abiectio litteræ ĩ fine dictionis.	θλῖψιν,	vt	ἐπ' ἐμέ	ἐπὶ ἐμέ.
ablatio vocalis ſequẽtis vel pluriũ commixtio in diphthongum.	κρᾶσιν,	vt	τἀμά	τὰ ἐμά.
	συναίρεσιν,	vt	νηρῇδων	νηρηΐδων.
	θλῖψιν,	καὶ	κρᾶσιν.	κἀγὼ καὶ ἐγώ.
	θλῖψιν,	καὶ	συναίρεσιν.	ἐμ' ὑποδίων, pro ἐμοὶ ὑποδίων.

ſyna-

synalœpha. { κρᾶσιν, καὶ συναίρεσιν. ὥπλος ὁ ὅπλος. θλίψιν, κρᾶσιν συναίρεσιν. ἐν τἀθιοπίᾳ pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ. duarum iunctarũ vocalium in diphthongum coniunctio.

DE CONSTRVCTIONE ARTICVLI.

Conuenit articulus cum suo nomine genere, numero, & casu. neutrum adsciscunt infinitiui verborũ, sed in eo casu pro quo ipsi ponuntur, vt τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος. item τὸ φυλάξαι τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον, & πολλῶν χρημάτων τὸ χρηστὸν εἶναι λυσιτελέστερόν ἐστιν. Neutro etiam genere absolute positum ante præpositionẽ, quã subsequatur casus suus, periphrasim efficit, vt πρῶτον μὲν οὖν εὐσεβεῖ τὰ πρὸς τοὺς θεούς. & τὰ περὶ τὸν βίον. i. ὁ βίος. & virili genere οἱ περὶ τὸν ἄρχοντα. i. ὁ ἄρχων. aliquando compendio orationis subseruit, subauditurq; nomen cum quo iũgatur, vt τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ πῦρ. coniunguntur autem eleganter articuli duo, qui casibus suis infra positis consentiunt, vt μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη: quorum alter aliquando subintelligitur, vt τὰ τῶν φίλων κοινά, τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οὗ προβήσεται. nonnunquàm iterato additur vbi necesse est de qua potissimum re loquamur significare, cũ multæ aliæ sint, quæ eodem vocabulo appellentur, vt τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης. committitur figura quæ ἀλλοιότης dicitur, vt τοῦ ἀνθρωπίνου γένους οἱ μὲν ἀγαθοί, οἱ δὲ φαῦλοι. deniq; significat articulus certã rem, ac propriam quandam non cum aliis communem, vt diximus. sicuti, & nos Etrusci facimus, qui in re, quæ sola sit, addimus articulum: in re autem communi addimus hanc vocem VNO, nã si dicimus [lo scolare di Socrate] nullũ aliũ, aut eo nomine appellatũ, aut à præceptore suo in precio habitũ eo excepto intelligimus esse discipulum: cũ vero dicimus [vno scolare di Socrate] alios significamus; præter illum, esse discipulos, est etiam κατ' ἐξοχὴν, aut ἀντωνομασίαν, vt ὁ ποιητής. i. Homerus, seu is, quẽ interpretamur, vel κατὰ σαφήνειαν ad explicandum, & ad distinguẽdum. additur etiam δεικτικῶς, & emphaseos,

ita, & partes indeclinabiles.

vide in præp. περὶ & πρός.

τῇ. i. χειρί;

s. πράγματα.

genere numero nõ respõdent sibi sed varia sunt.

ornatusue, aut dignitatis gratia magis quàm necessitatis, ac proinde paruo sensus ipsius emolumento. Propria nomina indifferenter ponuntur. Nomen, quod p verbum substantiuum de alio nomine prædicatur, nō recipit articulum, vt μακάριοι οἱ πτωχοί, vel ὅσοι πτωχοί, qđ sæpe agit partes articuli in his modis dicendi. tunc autē potest admittere cum prædicatio est in genitiuo casu maioris numeri, vt ἀριστοτέλης τῶν σοφῶν.i.σοφός: & si fuerit aliud verbū, vt ὁ ἵππος ὁ ταχὺς φέρει: atq; hæc ad præsentem disputationem sufficiant, ne alienā rem ab īcœpto cōsilioq; nostro agamus. Atticè aliquādo abūdat, nonnunquàm etiam desideratur, & loco præpositiui subiūctiuus ponitur, sed rarius, sæpius aut contra. Subiunctiuus eandem habet cōstructionem, quam pronomen relatiuum apud Latinos: sæpe enim relicto antecedenti respondet sequenti nomini. nōnunquàm in neutro genere ponitur nullo cum antecedente. ἄνθρωποι εἰσὶν ἃ θήλεα νομίζεις. & οὐδὲν μοι μέλει ὧν σὺ ἔχεις συμβουλεύειν. i. ἐκείνων ἃ ἔχεις &c. etiam ἐλλειπτικῶς intelligitur antecedens, vt ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸς γ' ἀποθνήσκει νέος: at in hoc senario nihil desideratur ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. item σοφὸς γὰρ οὐδείς, ὃς τὰ πάντα προσκοπεῖ. & respōdet nomini τίς in constructione.

cōponitur cū particulis indeclinabilibus, vt ὅδε ὅσδε, vt subiūctiuus ὅσγε.

vt Sall. est locus in carcere quod Tullianum appellant.

carēt articuli vocatiuo, cuius loco accipiunt vocādi aduerbium quod tenui accētu scribitur, vt ab articulo subiunctiuo dignosci possit ὦ, ὧ.

Varia Dialectus Nominum.

Prima declinatio vertit α in η, ut αἰνείας αἰνείης, & ης in α, ut χρύσης χρύσα. Genitiuus αἰνεία Doricè. αἰνείαο Aeolicè, αἰνείεω Ionicè, αἰνείω Poeticè. Ἀχιλλεὺς ἐϋμμελίω πριάμοιο. Accus. τὸν αἰνείεα Ionicè. Genitiuus pluralis αἰνειᾶν αἰνειάων αἰνειέων. Datiuus αἰνείης, vel ησι per paragogen, quod in aliis etiam inflexionibus seruatur. Acc. αἰνειέας Ionicè.

Ionicè.
& Hom. frequens est νεφεληγερέτα ζεύς.
per Paragogen.

Secunda in genitiuo pluralis numeri habet ἡμερᾶν Doricè, ἡμεράων Aeolicè, ἡμερέων Ionicè. Datiuus ἡμέρης soluta propria diphthongo, vel ἡμέρησι per paragogen.

Tertia habet ī genitiuo minoris numeri θεοῖο Ionicè, θεῶ Doricè. in Duali θεοῖιν Ionicè. in Genitiuo plurali θεοῖσιν Ionicè, θεοῖσιν Poeticè. Accusat. pluralis θεὼς Atticè, θεὸς Doricè.

Est

Est autẽ διάλεκτος ἰδίωμα γλώσσης varium loquendi genus, quod enim alibi vitiosum est, alibi, vt rectũ cõceditur.

Ionica est dialectus appellata ab Ione Apollinis, & Creusæ Erechthei filio, — in hac floruit Homerus.

Attica ab Atthide Cranai filia — Aristophanes.

Dorica à Doro filio Hellenis — Theocritus.

Aeolica ab Aeolo Hellenis. — Alcæus.

Communis, qua omnes vtuntur, sed præcipue Pindarus ea vsus est. Sed plura petenda sunt ab aliis Grammaticis, qui ad vtilitatem discentium imprimuntur inter additamenta dictionarii Græci. nam nostrum non est talia pertractare, vt superius dixi.

De Constrvctione Nominis.

Formant Græci nomina ex quatuor vsq; vocibus (quod ego animaduerti) vt κράτης τοὺς κοχλίας φησὶ συγκατανωσιφάγους. Adiectiuum autẽ cum substantiuo, vt apud Latinos, eodem genere, numero, & casu cohærent. ἀνὴρ χρηστός. nisi appellatiui vim obtineant, vt Virg. illud Dulce satis humor. & Triste lupus stabulis, quæ copulatiuè iunguntur, vt Isocr. πλοῦτος γὰρ σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, αὐτὸ δὲ τούτου κάκιστον. nonnunquam transfertur in patrium casum substantiuũ, vt videatur regi ab adiectiuo. οἱ σπουδαῖοι τῶν ἀνθρώπων. substantiuũ cum substantiuo genitiuo casu iũgitur, vt πόνος εὐκλείας πατήρ. eundem casum postulant quæ differentiam, aut partitionem significant, aut laudem, aut dedecus, priuationem, aut habitum, plenitudinem, aut euacuationẽ, & quæ sunt instar superlatiuorum nominum Datiuum exigunt, & quotiescunq; accessio, aut contrariũ, ipsius significatur. sed quæ acquisitiue, aut possessiue ponuntur modò patrium casum exigunt, modò Datiuũ. quæ similitudinem, & qualitatẽ significant potius Datiuo iunguntur. quod facit etiam incrementum, & excessus comparatiuorum. Accusatiuũ p̄ synecdòchen regunt adiectiua subintellecta præpositione κατὰ, vt ἀθηναῖος τὸ γένος. i. κατὰ. quod & in participiis passiuis sæpius accidit. materies, & instrumentum, & qualitas quæ in

Latini sæpe ex duab. Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus. Catul.

i. οἱ σπουδαῖοι ἄνθρωποι.

nã superlatiua, & comparatiua exigunt genitiuũ. vide supra pag. 28. & 29.

vide supra 1 par. κατὰ pag. 59.

nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. Virg.

ſeptimo caſu ponũtur Latine, occupant Græcæ caſum dandi. Obliqui, & participia, quæ abſolute enũciãtur apud Latinos, Græcè generandi caſu collocabuntur. præterea adiectiua ſæpius infinitiuos modos regere conſueuerũt. Tempus in Accuſatiuo locabis, vt apud Latinos. Adiectiua cum infinitis neutro genere conueniunt, vt τὸ εἶναι πᾶσι αἱρετὸν, καὶ φιλητόν.

quod Latini mitati ſunt ut Virg. cur nõ Mopſe boni quoniã conuenimus ambo. Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus.

Partitionis genitiuum mutant Græci in caſum partiũ, vt οἱ ἄνθρωποι οἱ μὲν φαῦλοι, οἱ δ᾽ ἀγαθοί.

pro τῶν ἀνθρώπων.

De Verbi Constructione.

Nomina, & verba cõueniũt perſona, & numero, vt apud Latinos, excipe rectos caſus maioris numeri, neutriq; generis, qui adſciſcunt perſonã, cum qua cõueniant in numero ſingulari.

Paſsiuis iungunt Græci à tergo Accuſatiuos, quod & in participiis etiam ſeruant, & in orationis cõplexu vnũ pluribus verbis, aut plura vni verbo adiungunt. item ἀπὸ κοινοῦ modò ad idem verbum plura membra orationis, modò ad eandem perſonã, quæ agẽdi, aut patiẽdi vim habeat, plura verba referũt, vt apud Latinos.

ἐν τῇ συμπλοκῇ.

συντάξις mẽbra quæ appellãtur alia

- ἀσύνθετα κατηγορήματα locutiones, quæ ſimpliciter abſq; aliarum partium auxilio ſententiam abſoluunt. — Petrus uiuit.
- ἐλάττονα κατηγορήματα locutiones in quibus, & ſi eſt rectus caſus cum ſuo verbo coniunctus, deſideratur tamen ſubiectum tranſitionis: & eſt imperfecta oratio. — Petrus amat
- παρασυμβάματα quæ cum obliquis tantum poſita perfectam quodammodo cõplent orationem. — Petrum pœnitet.
- ἐλάττονα παρασυμβάματα quæ cum obliquis ſolis non abſoluunt ſententiam, ſed inchoatã, & imperfectã relinquunt, quia potius quod eſt in cõſtructione præcipuum deſideratur, nempe rectus, ipſaq; res, de qua agitur. — Petro curæ eſt. deeſt quid illi curæ ſit.

Cætera cum parum diſcrepent à ſyntaxi Latinorũ, & cũ noſtri inſtituti non ſit ſingula ptractare, quæ in expo-

nendis auctoribus commodius te admonebo, simulq; vt huic labori meo finem imponerē, omittenda putaui. omnia enim quæ in hanc sententiam dici, ostendiq; possunt doctissime, abundeq; ab Apollonio Grammatico disputata sunt.

τέλος.

In Dei nomine Amen. Nos Petrus Vicarius Reuerendiss. domini Archiepiscopi Floren. audita supplici precatione Eufrosyni Lapini presbyteri Florentini, & litterarum humanarum professoris qui ad nos confugit, vt libere concederemus sibi facultatem imprimendi libellum suarum Græcarū Institutionum ad Philippum Machiauellium: habita relatione talem libellum fidelem repertum esse permittimus, ut pro arbitrio suo imprimendum illum tradat. In quorum fidem.

Petrus Vicarius Inquisitor qui supra in propria manu.

Die octaua Septembris. 1560.

Recurrit ad nos, & ad officium nostrum Eufrosynus presbyter Florentinus. cum libello Institutionum Græcarum, ad Philippum Machiauellium directo, vt à nobis reuisus, & recognitus admitteretur tanquàm catholicus, & fidei nulla in parte repugnans. Quo inspecto ei facultatem concedimus eum librū libere imprimendi. In quorum fidē. Datæ Florētiæ, die vt supra.

Frater Ant. Cinozius minoritanus Inquisitor hereticæ prauitatis concedit, vt supra.

CHARTARVM SERIES.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes sunt duerniones.

FLORENTIAE

apud Laurentium Torrentinum Ducis Typographum.

M D L X.

nendis auctoribus commodius te ad[illegible]onebo. [illegible] vt huic labori meo finem imponere, omnino [illegible] pote-ui. omnia enim quæ in hanc sententiam dici [illegible] possunt doctissime, abundeq; ab Apollonio Grammatico disputata sunt.

τέλος.



FLORENTIAE.
apud Laurentium Torrentinum Ducis Typographum.
M D L X.

